

Aut Favor aut magni Spes non incongrua questus:  
 Ergo Virago ades, uxoris monumenta futura  
 Excipe, te semper ducat Divina voluntas,  
 Arbitriumq; Parentum unà, clàm nubere noli,  
 Neve oculos sequere incautos, addantur & aures.  
 Labile Forma Decus, Pietas, Prudentia, Virtus,  
 Conciliare Virum debent, Electio tuta hac.  
 Si te igitur tale D E U S est dignatus Honore,  
 Ex propria Donum hoc temerè non abjice culpâ,  
 Artis opus, retinere sibi, stabilique locare  
 Sede Bonum acceptum, Vanum & Variabile Mundus.  
 Gnata D E l unius Constantia creditur esse,  
 Quæ non mutatur, velut immutabilis Ipse est.  
 Ergò precare D E U M, vobis immittat Alumnam hanc.  
 Inde Operam nova, nunquam immemor, esse jubenti  
 Parendum usque Viro, quod si ls sapiensque bonusque,  
 Haud absurdâ petet, fas ergò ut iussa capefas.  
 Si malus, insipiens, stolidus, qui Incendia litis  
 Ex facili rapit; Haud tu primâ fronte negabis  
 Contendesq; diu verbis, magis asper in iras  
 Ut præcepseat, at postquam deferuit ardor,  
 Mollibus instituas verbis, clementer inherens,  
 Et placidè referens; que hinc emergentia vobis  
 Damna timenda olim, & meliori tramite duces,  
 Quæque voles faciet, vi traxeris? Isquè reniti  
 Cæperit? Imperio vel vi trahet ille trahentem.  
 Impensis onerare cave, desiste moveri,  
 Nec desideriis nimio vel abutere Fastu,  
 Multivola, & Novitatis amans & Vasta requirens,  
 Pomposos Habitus vita, mediocriter ambi  
 Mundiciem, Inquè domo, vestitu & Corpore serva.  
 Sedula non minus officio des vela vocanti,  
 Subsidiumquè Viro fert, undique, quâlibet horâ.  
 Continuo debes studio curare Culinam,  
 Neve Cibis quicquam desit, neu Nausea mensam  
 Incolat, hoc sanos præservat divite Lucro.

Non